Lane Medical Library

DE

ALBINISMO PARTIALI, VITILIGINE, VITILIGOIDEA

DISSERTATIO

INAUGURALIS PATHOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIII. M. AUGUSTI A. MDCCCLXI.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

THEODOR SIMON

COLBERGENSIS POMERANUS.

OPPONENTIBUS:

I. WOLFF, MED. ET CHIR. DR. MED. PRACT.

D. HAUSSMANN, MED. ET CHIR. CAND.

P. HASSEL, MED. ET PHIL. STUD.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSERUNT M. DRIESNER ET SOC.

PARENTIBUS

OPTIMIS DILECTISSIMIS

MANIBUS

AMICI DILECTISSIMI

E. BRAUN

PHIL. STUD.

sprung[1]) affirmat, Devergie vitiliginem semper congenitam habere, sed in opere, quod ego legi, vitiligo anno aetatis XXXIII. orta describitur[2]). Nonnullorum aliorum Francogallorum sententias apud Cel. de Bärensprung (l. c.) invenies. Sed Vitiliginis recentioris pathologiam Willan primus constituit, qui hanc definitionem dedit[3]) tubercula alba, nitida, laevia, in cute circa aures, collum, faciem se formantia, quae nunquam ad ulcerationem ducunt. Et evolutio et decursus valde variant, in casibus per longius tempus protractis, forma tuberculosa minus aperta est. Pili in locis affectis evanescunt et nunquam novi crescunt, dermatis superficies nitida velut polita, remanet. Attamen ea, quae Willan et Bateman pulcherrime depinxerant, in litteratura interiissent, nisi Cel. de Bärensprung duos vitiliginis casus, cum descriptione Willani optime consentientes, litteris tradidisset. Maxime notatu digna sunt ea, quae de morbi natura conclusit. „Man wird den Prozess als eine schleichende Entzündung der Cutis aufzufassen haben, wobei sich ein Exsudat in Form kleiner oberflächlich hervorragender Knötchen bildet und welche mit der Organisation desselben zu einem bleibenden narbenähnlichen Gewebe abschliesst . . . . eine spontane Narbenbildung in der Haut, d. h. eine Narbenbildung, der keine Ulceration vorangegangen ist.“[4]) Si litteraturam perscrutamur, duos vitiliginis casus invenimus descriptos, qui nullo modo ad vitiliginem pertinent, duos huc pertinere verisimile est, qui non pro vitiligine habiti sunt. Vitiligini ad numerandus videtur casus ab Alibert[5]) descriptus. Puella XIII annorum parvam intumescentiam cutis quum animadvertisset macula alba in cervice orta est,

[1]) Ueber Albinismus part. u. Vitiligo (Sep.-Abdr. aus der deutsch. Klinik 1855) p. 5, citatur traité pratique des maladies de la peau 1854. [2]) Gazette des hôpitaux 1848 p. 82. [3]) Pr. Darstellung d. Hkrt. nach d. 7. Aufl. v. Blasius 1835, p. 322. [4]) l. c. p. 9. [5]) l. c. p. 466.

quae ad caput progressa est, cujus in dextra parte pili nonnulli albi facti sunt, sensibilitas partis affectae diminuta. Quamvis pili non interierunt, tamen intumescentia sensibilitasque diminuta hic non albinismum partialem sed vitiliginem adfuisse dilucide demonstrant. In altero casu (Alderson)[1]) in sup. parte mammae sin apud feminam XX a. macula inveniebatur 4″ longa, $1\frac{3}{4}$″ lata, margine vasorum sanguiferorum circumdata, quum in macula ipsa vasa conspici non possent. Color albus, ad subflavum vergens. Exsudatum, crustae, etc. deerant. Aegrota se ante annum maculam observasse, eoque ex tempore eam sensim majorem factam esse contendit. In mamma ipsa, quae major erat dextra, nonnulli nodi duri observabantur, nec non glandula parva lymph. axillaris tumescebat. Neque pruritu neque doloribus partium affectarum femina vexabatur. Quum post plura experimenta therapeutica malum etiam magis accrevisset, liq. Kali caust. in dec. Sars. et Glycerini inunctionibus administratis, post 6 menses femina plane sanata se medico ostendit enarrans, malum lente interiisse, postquam V maculae similes, quarum una in brachio sin, reliquae in cruribus sitae fuerint, se ostendissent. Valde a vitiligine abhorrent casus duo, quos Clarus vitiliginis nomine describendos curavit (Haubold Vitiliginis leprosae rar. hist. Lips. 1821; Kuhl de vitiligine ulceroso-serpiginosa etc. Lips. 1833, etiam in opusc. acad. edid Clarus 1842). Casus primus, quo pertineat, non dilucide judicari potest, alter casus sine ullo dubio lupus syphiliticus, fortasse ejus formae quae rada syga nominatur, est. In femina[2]) enim XLII a. quae per XVII annos ulcerationibus affecta fuerat, cicatricum numerus maximus in fronte, collo, thorace usque ad VII costam aderat, praeterea ulcera

[1]) Med.-chirurg. transactions XXXVII 1854. Schmidts Jahrb. LXXXVI p. 55. [2]) Refero ex excerptis accuratis in Schmidts Jahrb. Splbd. IV 1845. p. 383.

permulta secernentia, quorum margines circumjecti, sublimes, fundus ater vel lividus erat. Labia et inf. et sup. ulcerationibus destructa „teterrime lacerata," dentes nec non corpus mandibulae fere tota desunt, os ob cicatrices callosas in angulis oris non amplius quam $\frac{3}{4}$" aperiri potest. Nares inflammatae, dolentes. Lupum illum morbum esse, quis dubitat; lupus syphiliticus facile demonstratur: 1, femina antea semper bona valetudine usa erat; 2, initio morbi duos partus praematuros ediderat sine ulla causa visibili; 3, certissimum argumentum ex autoris verbis sumitur. „In dem Jahre, wo sich das Leiden bei der Frau entwickelt, hatte der Mann einen Syphiliticus längere Zeit hindurch gepflegt und dadurch (!!) selbst Rachengeschwüre mit Verlust des Zäpfchens und der naheliegenden Theile so wie Veränderungen der Sprache davongetragen und es fragt sich, ob hier wohl ein Causalnexus vorhanden sei und wenn, wie das syphilitische Gift bei der vorher ganz gesunden Frau solche Erscheinungen habe hervorrufen können." Quibus jam scriptis valde gavisus sum, quum Cel. de Bärensprung judicium legerem „hier handelt es sich um ulcerative Krankheitszustände, die offenbar dyskrasischer und wahrscheinlich syphilitischer Natur waren."[1]) Spero fore, ut nunc dubium nullum exstet.

II. Vitiligoidea (Addison et Gull.)

Morbus, de quo in paginis sequentibus nobis agendum erit, non ad leukopathiam sed potius ad xanthopathiam aliquam pertinere videtur. Thomas Addison atque William Gull in annalibus celebribus „Guy's Hospital Reports"[2]) morbum cutis eo usque non

[1]) l. c. p. 4.

[2]) VII 2. 1851 on a certain affection of the skin. Vitiligoidea α plana β tuberosa with remarks and plates, additamentum breve VIII, 1853, 149.

descriptum Vitiligoideae nomine designaverunt, cujus duae iis formae, altera plana altera tuberosa, occurrerunt. In vitiligoidea tuberosa tubercula observantur aut solitaria aut confluentia, variae magnitudinis, quum maxima pisi magnitudinem adaequent (varying from the size of a pin's head to that of a large pea, isolated or confluent) In vitiligoidea plana maculae irregulares, durae, cutis superficiem paulum superantes, quibus color flavus est, conspiciuntur. Utraque forma et in eodem homine et in singulis hominibus separata observata est, et formae quae transeunt ex plana in tuberosam, non raro observantur maximamque earum propinquitatem demonstrant. Adde, quod epidermis, quae maculas tegit, nullo modo mutata omninoque normalis invenitur; morbi igitur sedes corium est, quod crassius, quam corium inveniri solet, reperitur, colorem induit flavum vel fuscum, sensibilitas ejus augetur. Loca morbo affecta vasis parvis persaepe glomeratis speciem variam, maculosam praebuerunt. De sede macularum illarum adnotatur, regiones circa oculos, inprimis palpebras et regionem infraorbitalem morbi sedem vulgarem esse. Nonnullis in casibus medici Anglici ordinem macularum tuberculorumque circa utrumque oculum valde symmetricum observabant. Ex quinque morbi historiis, quas Addison et Gull litteris tradideruut, una valde incompleta praetermissa, quattuor transferamus, quum Guy's hosp. rep. non valde per Germaniam distributa sint.

I. B**, femina XXXII annos nata, mater undecim liberorum, ante duos annos ictero affecta erat. Post quatuordecim menses, quum derma colorem induisset citrinum, in palpebris, palma, digitis maculae opacae, flavae, sp er cutis superficiem eminentes, praecipue in palpebris magna cum symmetria distributae sunt. Epidermis sana, the morbid change is seated in the cutis, which is rather thikened, altered in colour and

has increased sensibility. Morbus usque ad feminae mortem per IV annos haud mutatus mansit, quum integumentum commune interea mahagoni colorem accepisset.

II. J. Sh. XXVII annos natus, qui ante sex menses prima diabetae signa observaverat, quum in nosocomium intraret, omnia diabetae melliti symptomata praebuit. Illo tempore intra spatium decem dierum integumenti communis morbus, qui ad „lichen" genus pertinere videbatur, apparuit. In totum enim corpus effusa etiam inter crines tubercula fulva cum vasis capillaribus auctis tecta observabantur. (scattered tubercles of various sizes) Maximus numerus in olecrano et genu situs erat, ubi multa confluebant. Quum incisio facta esset, textura firma inveniebatur neque aliud quam sanguis exprimi potuit. Quum aegrotus non multo post nosocomium relinqueret, quid postea factum sit, ignotum est.

III. J. femina XLIII annos nata, quae duos infantes pepererat, ante octo annos catamenia ultima habuerat, quo ex tempore nunquam in universum valida erat. Ante VII annos color in integumento communi subflavus incipiebat, ante V annos vitiligoidea plana, primum in angulo oculi interno, sinistri, postea etiam dextri maculae opacae flavae, „coloration feuille morte", paulisper dolentes, .„seam as it gatthering" aegrota ait. Quum morbus se extenderet, regionem Meibomianam vitavit, in qua — in oculo sinistro — duo foliculi sebacei, aucti et cellulis, pigmenti plenis, referti observabantur. Duobus ultimis annis pigmentum nigrum in membrana mucosa conjunctivae aderat. Hepatis volumen valde auctum, cholepyrrhinum in urina. Si figuram adspicimus[1]) symmetria macularum in utraque palpebra maxime admiranda statim nobis occurrit. Palpebra sup. utraque duas longas strias, alteram super altera sedentem, ostendet, in cantho tertia ad-

[1]) Cfr. l. c. A. I, XX.

venit. Infima ad angulum ext. se extendit, ibique macula rotunda finitur. Ex angulo oculi int. duae striae originem ducunt, altera naribus, altera arcui Zygomatico parallelis. Non symmetrice duae tantum maculae rotundae eaedemque parvae sunt, altera in margine inf. int. oculi dextri, altera super angulo ext. oculi sinestri.

IV. [1]) Eliza Par . . . XXXIII a. nata, cujus menstruatio regularis erat, sex infantes ediderat, quum mense April anno MDCCCXLVIII. ictum regionis ferret iliacae sinistr. Duos post dies icterus observabatur, conjunctus cum hepatis et voluminis et sensibilitatis augmento atque cum doloribus periodicis, per unum vel duos dies in regione hypochondriaca dextra durantibus. Quam ob affectionem quum inde ex die IV mensis Aug. usque ad diem XXVI mensis Sept. in nosocomio Guyano fuisset, nihil aliud in dermate nisi pruritus et color flavus, icteri signa, observabatur. Quum morbus post XIV menses sine ulla convalescentia hoc modo adfuisset, nova affectio, Vitiligoideae forma utraque advenit. Prima exanthematis signa in parte volari articulationum digitorum, nec non in vola manus se praebebant, non multo post in angulo oculi interno, deinde symmetrice in altera oculi parte. Quibus in locis exanthema Vitiligoideae planae formam habuit, maculas luteas non gravius duras, paulisper dolentes, cutis superficiem transgredientes. In pollice nonnullisque aliis locis sensim maculae in tuberculosam formam quae in regionibus cubiti et genu aderat, transierunt. Quum post duos annos aegrota denuo a medicis inspiceretur, omnibus in locis, maculis circa oculos exceptis, morbus progressus erat. Quibus in locis maculae fuerant, illo tempore jam tubercula conspiciebantur, tubercula cubiti, numero aucta, partim confluerant, in auribus nova tubercula exstiterant, quibus forma

[1]) Haec morbo historia etiam in Schmidts Jahrb. Vol. 84, p. 311.

jam descripta erat. Reticeri non potest, etiam tendines in dorso pedis et manus nodo os fuisse, quamvis cutis, eas tegens, nullo modo mutata erat. Integumetum commune omnibus in locis colorem citri induerat, interdum, doloribus hepaticis auctis, obscuriorem. Quamvis tubercula numero non diminuerentur, aegrota tamen postea minus ea prominere credidit. Solus omnium Cl. de Bärensprung post opus Addison casus nonnullos Vitiligoideae litteris tradidit.[1])

V. In femina, aetate provectiore, quae saepe peperat, Vitiligoidea eo modo, ut ex angulo utriusque oculi interno in palpebram superiorem et inferiorem se extenderet (qua re factum est, ut oculi per perspicillum spectare viderentur) se ostendit. Maculae, in una posteriorum graviditatum ortae, illo ex tempore sensim magnitudine auctae erant.

VI. In viro, qui jam decimum lustrum superaverat, malum illud in palpebra inferiore sedet. Qui vir, etiam haemorrhoidis affectus, colorem dermatis subflavum habet.

VII. In femina, XL annos nata, cujus pulmones phthisi affecti erant, ex cantho oculi utriusque interno macula formae irregularis, sed circumscriptae, non multum prominens, in palpebra inferiore, arcus zygomatici margini superiori parallela, observabatur. In omnibus igitur Cel. de Bärensprung casibus illa forma, quam planam Addison et Gull nominaverant, aderat, semper palpebrae morbi sedes erant. Attamen multo gravius quam haec Anglorum affirmatio, disquisitio microscopica est, quam Cel. de Bärensprung in macula feminae (No. VII), quae non ita multo post phthisi succubuerat, instituit. Neque epidermis, maculas tegens, neque cutis adjiciens (si parvas venarum cutis minimarum varicositates excipias) ullo modo mutata erat. Sedes coloris flavi in corii stratis superficialibus

[1]) l. c. p. 13 XX, l. c. p. 14 cfr. p. 5.

fuit, cujus inter fibras adeps sub forma molecularum minimarum atque guttularum, quarum numerus maximus erat, depositus erat. „Damals in derartigen Untersuchungen wenig geübt habe ich das Verhalten nicht genauer ermittelt, möchte aber jetzt glauben, dass es der Papillarkörper gewesen sei, welcher sich im Zustand fettiger Metamorphose befunden habe.“

VIII. Vitiligoidea plana incipiens Puella, XII annorum anno vitae secundo in gravissimum morbum inciderat, qui-ut parentes dixerunt-febris intermittens erat, post quam affectionem magna extremitatum debilitas nec non ingenii ignavia quaedam remanserat.[1]) Illo ex tempore valetudo ejus non amplius vexabatur, immo vero ingenium magis incolebatur. Ante aliquod tempus super palpebra sup. dext. macula, quae dimidio grossi magnitudine par erat, observabatur, quae jam colore flavo ab ephelidibus nonnullis, quae in facie infantis aderant, discrepabant. Quibus a locis, mutatione pigmenti effectis, macula etiam alia re, multo graviore, distinguebatur. Nam et oculis et tactu maculam illam super reliqui cutis superficiem prominere animadverti potuit. In sensibilitatem accuratius inquirere non potui. Pili nonnulli parvi, qui in macula illa crescunt eundem colorem habent, quam ceteri hujus regiones, subflavum. Qui casus notatu dignus mihi visus est. In opusculi enim fine medici Anglici nexum quendam inter vitiligoideam et hepar morbo affectum constituerunt, quum quattuor in casibus icterus, in quinto diabetes mellitus adesset (quam hepatis affectionem esse ex Claudii Bernard observationibus sequi credunt).[2]) Etiam Cel. de Bär.

[1]) Qui morbus num re vera febris intermittens fuerit, quis post decem annos decernat? affectiones animae interdum febris intermittentes sequi, apud Frerichs Leberkr. 1858 I, p. 339 invenies.

[2]) Quam rem nullo modo comprobatam vel probabilem esse, Griesinger nuperrime ostendit (Zeitschrift für physiol. Medicin 1859. Studien über diabetes (p. 1), p. 31.

dicit (cfr. VI.) deviro „er leidet indessen an Hämorrhoiden und hat eine im Allgemeinen gelbliche Hautfarbe, was ich desshalb erwähne, weil Addison und Gull vermuthen, dass die Krankeit einen Zusamhang mit Störungen der Leber hat.“[1]) Hoc in casu hepatis volumen omnino normale erat, dermatis color roseus, nullo modo ad ictericum vergens, immo vero valde tenuis („ein sehr zarter Teint).“

XI. Quam hic exponemus observationem, nostra ex opinione pluribus rebus attentione dignam, in policlinico regio Ill. Langenbeck instituimus (Juni 1861). In quod quum femina, fere XL annos nata, ob malum aliquod leve, cujus non memini, venisset, faciem ejus adspiciens haec observavi. In palpebra sup. dext. maculae duae erant luteae rotundae, paulisper prominentes; in palp. inf. stria ovalis. Super margine orbitale sup. in reg. arcus ciliaris ossis frontis nodus luteus aderat, quem, si colorem non respicis, pro verruca modici circuitus habere posses, nam omnino eandem formam habuit. In oculo sinistro maculae symmetrice in utraque palpebra erant, nodus ille defuit. Color dermatis in universum flavus etiam conjunctiva oculi flavescens; femina defaecationem retardatam esse dixit. Quod ad macularum genesin attinet, ex nonnullis annis ortas eas esse, primum in oculo dextro deinde nodum, deinde in oculo sinistro femina narravit. Maculae, quae quum eas viderem grossi magnitudinem superaverunt, paululo accrescere feminae videbantur. Illo ex tempore aegrotam non amplius vidi. Quam casum notatu dignum esse antea contendi, nam nodi illius formatio ostendit, re vera, ut Cel. de Bärensp. credidit, sedem morbi corpus papillare esse, quod hoc in nodo, qui ad vitiligoideae formam tuberosam pertinet, volumine auctum et flave coloratum erat. Porro

[1]) l. c. p. 19.

etiam hoc in casu color flavescens integumenti communis aderat. Quae in morbi anatomia pathologica adhuc obscura mihi videntur, haec sunt. Si Vitiligoideae forma plana et tuberosa semper separatae essent, facile utraque explicaretur; in utraque degeneratio adiposa corporis papillaris, antea verisimile inflammati, in forma plana paulisper, in forma tuberculosa valde hypertrophici. Sed quum Vitil. plana in tuberculosam transformetur, quo modo corpus papillare jam adipose degeneratum etiam hypertrophicum fiat, intelligere non possum.

III.

Albinismus partialis Leucopathia circumscripta sin incompleta. Vitiligo auctorum. „Angeborener od. erworbener, partieller Mangel an Farbstoff in Haut und Haaren in Folge fehlenden Absatzes von Pigment“ Rayer (l. c. III. p. 182.) Plurimi quidem autores affirmant, L. Wafer in isthmo Panamensi primos albinos, saeculo XVII ad finem vergente vidisse et descripsisse.[1]) Sed in Encyclopaedia clarissima Toddiana[2]) locus e Cortez enarratione expugnationis Mexicanae affertur, quo dilucide probatur, jam Cortez albinos descripsisse. Vidit enim in domo Montezumae viros, feminas, infantes indigenas, quibus color albus erat. Sed illo ex tempore Albinismi cognitio deperdita esse videtur et Leon Wafer denuo Europaeorum animum ad Albinorum existentiam, illo ex tempore mox undique argumentis certissimis constitutam, direxit. Lionel Wafer, quum 1681 isthmum Panamensem visitaret inter populos, illam regionem habitantes, homines tam singulares

[1]) Cfr. Mansfeld, über das Weser d. Leukithiopie p. 6.

[2]) Bd. I 1836, p. 84. Nota Prima „In hujus palatii particula terebat homines, pueros feminasque a nativitate candidos in facie, corpore, capillis supercillis et palpebris. De insultis super inventis narrat. (p. 30 narrat. secund.)

vidit, ut nulla alia orbis in parte tales descriptas esse crederet (I never saw nor heard of any like them in any Part of the World). Quos „White Indians“ nominat et ita describit.[1]) Cutis colorem esse album, multo albiorem quam Europaeorum, sed potius lactis colorem imitantem (a Milk-white, lighter than the colour of any Europeans, and much like that of a white Horse). In cute pili crescunt albi, tenuissimi (a fine short Milk-white Down) etiam crines albi. Quum die ob oculos infirmos agere nihil possint, noctu, si lunae radii terram illustrant, activi sunt (yet when Moonshing Nights come they are all Life and Activity). Parentes eorum cupri colorem habent ut ceteri Indiani, numerus eorum 1:200 vel 1:300 est. Sed relinquamus Albinismum universalem et ad thema nostrum, Albinismum partialem, redeamus. Vix, quae Wafer viderat, hominum in Europa notitia traditae erant, quum observatio facta est, inter nigros nonnullos esse, qui non eundem colorem omnibus in partibus haberent, sed colorem“ in aliis partibus album in aliis nigrum. Cujus rei observatio prima in annalibus „Philosophical transactions“ invenitur. Primo ea, quae conferre potui, exempla Albinismi partialis inter nigros adducam, postea de albinismo in Europaeis loquor. Nigri, qui hanc coloris mutationem praebent, nigri varii, versicolores („Elsterneger, Scheeken,[2]) nègres-pies)[3]) nominantur.

I.[4]) Centurioni Charles Wager niger juvenis, ad

[1]) A new voyage and description of the isthmus of America etc. London 1729 3. edit. p. 346. (Qui liber partem formae operis „A new voyage to New-Holland etc. in the year 1699 3. edit.. Vol. III., ubi inde a p. 261—398, Waferi enaratio invenitur.

[2]) Rayer l. c. III, 182.

[3]) Alibert l. c. II, 470.

[4]) William Byrd Esq. F. R. S. on account of a Negro Boy that is dappel'd. in several Places of his Body with Withe Spots. phil. trans for the Month Dec. 1697, Vol. XIX.

Rappahanoe flumen Virginiae natus, erat, qui tum annum aetatis XI agebat. Qui puer, ex parentibus nigris natus, usque ad III annum colorem habuit, qui nullo modo ab eo ceterorum nigrorum juvenum discrepabat. Tertio anno quum morbo levi affectus esset, septem maculae albae eaedemque parvae in collo et pectore exstiterunt, quae et numero et circuitu accrescentes efficerunt, ut puer ex cervice, in qua pili albi facti erant, usque ad genu maculis albis tegeretur, quae partim latiores partim minores palma hominis erant, colore albo pulcherrimo, multo tenuiore eo Europaeorum, in quem aër efficax non erat (where some of his Wool is already turn'd White . . . . . he is every where dappel'd with White spots, some of which are broader than the Palm of a Man's Hand and others of a smaller Proportion.)

II.[1]) Frank, in Virginia natus, colorem habuit nigrum obscurum (la peau aussi noire que celle du plus brûlé Africain), quum vitae anno XXV cutem in digitis colorem induere album animadverteret, mox derma circa os eandem subiit mutationem et post XV annos quum status ejus a James Bates describeretur, caput, facies, pectus, extremitates fere universim alba sunt. Sa peau est blanche, claire, transparente, laissant voir à travers d'élégantes ramifications de veines. Collum et dorsum nigra sunt, „les parties naturelles et les aisselles sont bigarées de noir et de blanc". Pili in partibus albis albi, in nigris nigri sunt.

III. [2]) Niger legati Filcomb, pluribus in locis

1695—97, p. 781. Casus saepissime citatus e. g. extense a le Cat traité de la couleur de la peau humaine Amstelod 1765 p. 112. „Ueber die Veränderung der Hautfarbe beim Neger v. Dr. Friedrich Bird in Gräfe u. Walther's Journal für Chirurgie XIII, p. 475 (ubi autor W. Bird false nominatur), praeterea apud Todd encycl., Blumenbach, Meckel etc.

[1]) James Bates in philos. transact. LI 1759 p. 175. Cito ex Le Cat l. c. p. 113.

[2]) Histoire des voygages XV p. 614, Le Cat l. c. p. 121.

ustus, illis in locis colorem album nactus est, qui ex illis partibus progrediens nigrum Anglis similem fecit.

IV. [1]) Artaud vidit nigrum omnibus in partibus colore obscuro, sed cum membro virili albo.

V. [2]) Man hat seiner Zeit viel von einer hübscheu kleinen Negerin von Saint-Lucie (insulae Indiae occidentalis, tum Gallis, ex anno 1814 Anglis pertinentis) gesprochen, die durch dergleichen mit bewunderungswürdigem Ebenmaass angeordnete Flecken mehr geziert als entstellt war.

VI. [3]) Femina alba, nigro nupta, infantem peperit albam, ut pater eam agnoscere nollet, quae tamen suspicio sublata est, quum in glutaeis et crure dextro color niger adesset.

VII. [4]) Quum classis praefectus Franklin navem Hispanicam vi captam perquireret, imaginem pueri invenit, „who was as beautefully mottled all over with black and white sprots.“ Puer in coloniis Hispanicis ex parentibus nigris natus erat.

VIII. [5]) Henry Moss, XLII. a. n. „has all the features common to the African race, though not strongly impressed. the borders of his face, at the roots of the hair on the sinciput and descending by the right ear are for nearly breadth, of a perfect European complexion. This stripe is continued under the chin and rises on the left cheek to within 2“ of the ear, where it is intercepted by an irregular blotch of negro skin, about 1“ broad, which detaches it from a cor-

[1]) Cicatrices in negris albae sint nec ne inter viros doctos maxima est dissensio cfr. Béguin l'Union 1856 No. 63, Schmidts Jahrb. 95, p. 34.

[2]) IV—VI in Alibert l. c. 2, p. 470, extensius apud Rayer l. c. 189 (Artaud Journal de physique t. XXXV.)

[3]) James Parsons an acount of the white Negro etc. in philos. transact. LV 1765 p. 45 sqq.

[4]) Parsons l. c. p. 50.

[5]) Miers Fisher acount o a remarkable change of colour in a negro Mem. of the soc. of Manchestr. vol. 5, p. 1, p. 314.

responding stripe on the left side of his face. It passes down the neck of the left side about 3 " and is there 2 " wide. Its margin is irregulary indented, resembling islands and peninsulas as represented on the chart of a sea-coast. The back of the neck, breast, arms, legs, are of a clear complexion, interspersed with small specks of African colour, not unlike the freckles which appea on the skin of a fair woman in summer. The Africain complexion is completely discharged from the upper eyelids." Stria alba tenuis sub oculo dextro, sub oculo sinistro macula $1\frac{1}{2}$ " lata, cum marginibus irregularibus. A white list passes round the mouth shaded by one of his native hue reaching nearly to the chin below which he has a very fair complexion.

The back and palm of the hands are perfectly fair yet strips of his former colour pass from the writh along the sides of his handes to the ends of his fingers and appear on the outsides of all his fingers. In locis albis pili facti sunt „soft like that of an European and may be drawn out with ease to a long of 7"" in locis nigris, „it is crisp like wool."

Ante V annos (Febr. 1792) decoloratio in falce ungium incepit et celerrime ad primam digitorum articulationem extendit, quo ex tempore color non amplius mutabatur. Post duos menses in cervice, deinde primo tardius, postea ocius coloratio alba accrevit, attamen tantum aestate. Illo tempore variationibus temperaturae valde afficiebatur. Quum medicus post II menses negrum denuo videret, decoloratio jam accreverat, ut ille non dubitaret, una vel duabus aestatibus totum corpus decoloratum iri.

IX. [6]) Josephus Daniel in Kentucky provincia, ex

---

[6]) Hammer Gazette médic. 1855 p. 71, (Journ. méd. chir. de St. Louis 1853 No. 1).

parentibus nigris natus, XLIII. anno aetatis, in Missouri provincia servus. Corporis universi, in specie capitis et facie configuratio est nigrorum „de full blood.“ Cutis est alba, „non pas comme dans albinos, mais absolument comme les blancs de l'Europe.“ In sterno maculae nonnullae parvae nigraeque color et forma unguium ut in Europaeis sunt. Facies colorem habet varium, „la face est en partie blanche et en partie noire ou plutôt brun-foncé. La partie inf. de la face partant du nez en bas et en dehors jusq'au bord ant. du masséter sur les deux côtés est tout à fait blanche à l'exception d'une bandelette noire sur la lèvre inf. parallèle à l'ouverture de la bouche. Une autre petite bandelette semblable noire, un peu plus large que la précédente est sur la lèvre sup. qui gagne sur la côté droite l'ail du nez. Les deux ailes du nez sont noirs. A l'umion des os du nez avec les cartilages correspondents une tache noire de 6—8 mm traverse à la manière d'un bandeau les racines du nez communiquant de chaque côté avec des taches noires sur les joues, tout le reste du nez est blanc. Les deux portions de la face comprises entre les orbites sont brûnatres, chacune de ces portions a une forme triangulaire, plus ou moins rectangulaire et unies entre elles par la bande sous-mentionnée ..... Le front, à l'exception de quelques taches irregulières de différentes dimensions est entièrement blanc..... Un cercle blanc d'environ 2 cm de largeur entoure toute la face aborde la racine des cheveux ... et va rejoindre la partie inf. du menton. Les oreilles sont couvertes de petites taches brunâtres, le cuir chevelu est blanc. La chevelure est courte et est frisée comme le nègre originaire, en partie noire, en partie grise.“ Homo ille usque ad XIV vitae annum niger erat. Quum canis eum momordisset, cutis color minus obscurus factus est, maculae nonnullae albae exstiterunt, quae semper accrescentes post

IX annos statum, quem descripsimus, adduxerant, nam illud post tempus color non amplius se mutaverat. Femina nigra in matrimonium ducta, infantes ei sunt nigri, qui eo usque nullo modo coloris mutationem ostenderunt.

X [1]) J. Richardson, servus Clarkii, adolescens erat perfecte ater, excepta abdominis regione umbilicali et epigastrica, ut et media utriusque cruris parte, quae genu cum vicinis tibiae et femoris regionibus occupat, utpote quae candidissima et fere nivea albedine insignes essent, ipsae tamen iterum sparsim maculis nigris pantherae quasi ad similitudinem distinctae. Capillus itidem bicolor. Media nempe ejus sincipitalis pars a vertice versus frontem in acutum angulum descendens alba, non tamen, ut cutis, quas diximus, regiones nivea, sed potius subflavescens. Ceterum ut reliqui crines, ut in Aethiopibus vulgo solent, crispi. Gingivis, linguae, faucibus, aequabilis et pulcher rubor. Uterque parens perfecte niger fuerat.

XI.—XIII. [2]) Blumenbach, qui hunc casum observavit, se tres aliorum Aethiopum versicolorium pueri et duarum puellarum habere imagines addit. Memorabile ei videtur, in omnibus abdominis et crurum regiones aliis majores aliis minores albas fuisse, pedes vero manusque perfecte fuscas, in universum regionum candidarum dispositionem satis symmetricam.

XIV. [3]) Niger, L annos natus, qui operationem aliquam subierat dorsum manus album fieri animadvertit. Deinde antibrachia et aliquae extremitatum sup. partes, postea extremitates inf. eadem coloris mutatione affectae sunt. Anno praeterlapso (1820) in scapula et pectore maculae albae aderant, partes sexuales, si loca nonnulla cana excipias, et ipsae albae decoloratae que. In super-

[1]) Blumenbach de hum. gen. varie. nat. 3. ed. 1795, p. 150. [2]) Ibid. p. 152. [3]) R. Hamilton (London Medical Repository and Review 1827 Sept.) Froriep's Notizen 1828 XX p. 104 Bird l. c. (s. I.) p. 475.

ficie pectoris, abdominis, dorsi maximus macularum nigrarum nitidarum numerus; cutis, quae in capitis partibus, capillo obtectis, est, alba fiebat, tali modo ut hic color per crines densos, qui colorem suum non mutaverant observari posset.

XV. [1]) Nègre moucheté, qui est à Bourdeaux (sic) enfant de 6 à 7 ans. Sa tête est parfaitement semblable à celle des nègres ordinaires, il a le nez écaché, les lèvres grosses, la bouche grande et les dents fort blanches. Le fond de sa couleur n'est pas d'un beau noir, mais il est infinement plus foncé que celle des Mulâtes. Dans divers endroits elle fait place à la plus belle couleur de chair. Il a le devant et le sommet de la tête parfaitement blancs, dans cét espace les cheveux sont blancs, mais courts, crepus et rudes comme aux environs. Son ventre, ses cuisses et un de ses bras sont jaspés tantôt le noir fait le fonds de la couleur tantôt c'est le blanc. Ses jambes jusq'au dessous du molet sont blanches, mais toute la partie infer. est absolument noire. Natus est in St. Lucia insula patre et matre nigris. „Il a eu une soeur tacheté comme lui, et qui est morte fort jeune."

XVI [2]) Adelaide, 2½ a. n., in St. Lucia ex parentibus nigris nata. Cutis color in universum niger, vergens ad fuscum, „white spot bearing some resemblance to an aigrette... at the root of the nose and it rises into the hair, above the fore head of which it occupies above 1" from the margin to the fontenelle." Pili hoc in loco sunt albi, crassi, „and it is curly like the hair of negroes in general." „In the middle of its forehead an on the aigrette is a large black spot, on the external side next to the temples about one

[1]) Essai sur la cause de la couleur des negres etc. bibl. impart. TV p. 245. [2]) Transctions of the Thil. soc. of Philadelphia T.II 1786 p. 392 iidem casus in Artaud journal de phys XXXV, Alibert l. c. II, p. 470. Rayer l. c. p. 189.

half of each eye-lid is black, and the remaining half is white; eyes are black and lively ... towards the middle of the chin a white spot begins. The neck, the chest, the shoulders, the back, loins and buttocks to the junction with the thigs and the pudendum are of the colour of the face." Brachiorum pars sup. et media est alba, maculis nigris mixta, quae maculae interdum stellam imitantur. In several parts those spots being of different shades give an exacte picture of lunar eclipses. Manus, inf. pars antibrachii, crurum pars med. et inf. et pedes sunt nigri.

XVII[1]) Jean Pierre, ex Europaeo et Nigra in Guadeloupe natus, mulattorum colorem habet, except that he has from nature a white aigrette in his forehead. The hair in that parts is white mixed with black. Abdomen et pars crurum, quae pilis albis, longioribus et crassioribus quam in infantibus esse solent, teguntur, „are entirely of a beautiful lively white." Macula alba in sup. parte penis.

Mater patris, frater ejus et pater ipse (Europaei) in iisdem locis maculas albas (of a deeper white than his natural skin) ejusdem formae habent.

XVIII.[2]) Niger, XXXIV. a. n., in Missisippi morbo gravissimo affectus est, ut per IV. menses in lecto detineretur. Universa epidermis cum pilis unguibus que desquamabatur. Quum aegrotus valetudinem omnibus ex partibus recuperavisset, integumentum commune varium, ex albis et nigris maculis compositum, ortum est. Etiam pili aliis in locis nigri sunt.

XIX. Jo, servus qui usque ad XII. atatis annum omnibus in partibus niger fuerat, illo tempore nonnullis in locis albus fieri incepit et per X annos magni-

[1]) v. XVI [2]) XVIII—XXII ex Newson et Dowler albinisme . . . chez les nègres gaz. hebd. Janv 1860 Cl. de Bärenspr. mecum communicavit.

tudo partium albaram ita aucta est, ut mox Europaeo similis fieret.

XX. Nigri cujusdam caput et extremitates infra spatium XVIII mensium albae factae sunt. Pectus, dorsum, abdomen maculis albis et nigris promiscue obtecta erant; decoloratio adhuc pergit.

XXI. In nigro jam primo vitae tempore macula alba in mento se formaverat, quae sensim sed continuo se extendens, quum ille adolevisset, mentum, labia, buccam, collum, mandibulam decoloraverat. Ceterum vir omnino validus est.

XXII. Tom Clinton, LX. a. n., ortus ex nigris Africanis circa XLVI vitae annum, quum eo usque a parentibus suis non discrepasset, in digito prope ad unguem maculam albam percepit, quae post XV menses totum brachium amplexa est. Post XIV annos 9—10 partes corporis albae et laeves. Pili, canescentes crispi sunt XXIV[1]) Albinismus apud Indianum. S, Adams, XC a. n., ante LX. a in epigastrio maculam albam observavit. Mox maculae multae magnaeque in extremitatibus se ostenderunt, sine ullo anni temporum influexu speciali, ut color naturalis tantum in faciei parte anteriore, collo extrem. sup., in quibus maculae nonnullae albae sunt, inveniatur. Cutis maxime pura et tenuis.

Albinismus in Europaeis obs. l. In viri, pneumonia laborantis, abdomine maculae albae nitidaequae minoris magnitud. observabantur, forma valde irregulari. In cute circumjacente color subfuscus. Ejusdem generis maculae albae in dorso et in manibus, nullae in partibus genit.

obs. II. A. Hauckwitz, XXXVII a. n., qui pthisi mense Julio LXI obiit, albinismo partiali affectus erat, cujus sedes praecipue in manu et antibrachio utroque erat, ut manus usque ad primas phalanges mutationem

[1]) Wälther u. Gräfes Journal Bd. II p. 734 (ex nuovi comment. di soc di med. dai S. Brera).

ostenderet. Hic in partibus subfuscis maculae erant albae niveae, nitidae, irregulares, non confluentes, quae cum partibus fuscis in chartae, geographicae modum variabant. Partes subfuscae sensim in normaliter coloratas transiere. In partibus subfuscis albis pilorum color argenteus. In scroto fusco maculae nonnullae niveae, pilorum color ibi fuscus.[2]) Maculae per XXII annos exstiterunt, aetate melius videndae sunt; circuitu auctae sunt, quum fuscae decreverint. Obs. III. S. med. stud., anno XIV in crinibus nigris albos nonnullos invenit. Qua re attentus factus cum derma attentius perquireret, in fronte maculas albas haud magnas observavit; praecipue in parte sin. Cutis circumjecta non fortius erat pigmentata. In colli, cujus color flavescens est, parte sin. macula irregularis, alba 2″ longa in trigono cervicali inf. sita est, altera minor, $\frac{3}{4}$″ l., in regione musc. sternomastoid. Utraque macula pluribus maculis parvis circumdata. Macularum magnitudo non accrevit. Ob. IV. Sch. pharmac., ante VI hebdomades in digito medio utriusque manus et in faciei parte inf. maculas albas, parvas observavit, quae celerrime accreverunt; nova orta sunt in ceteris digitis; color lacti similis. Pili barbae in maculis faciei crescentes nigri. obs. V. S. femina LXVI ann. antea colorem habuit fulvum, fere subfuscum. Ante VI annos in dorso manus maculas albas animadvertit, quae initio sensim, postea celerius accrescentes, manus, antibrachia omnino candida fecerunt. Etiam in reliquo corpore, facie excepta, maculae plurimae candidae, majoris minorisque circuitus exstiterunt. Obs. VI [3]) femina, in cute subfusca maculis albis obruta, quarum circuitus insolitus erat. Etiam in capitis parte dextra macula, pilis albis obtecta. Obs. VII. J. G. Herrmann, LXI a. n.

[1]) Walther und Gräfes Journ. Bd. II. p. 743 (ex, nuovi comment. di soc. di med. dai S. Brera.) [2]) anamnesin II et VI, VII Cel. de Bärensp. debeo.

In toto corpore, capite excepto, maculae albae, in pectore et dorso paulo visibiles, pulcherrime in abdomine, extremit, reg. sacrali, cum hic cutis circumjecta intensissime colorata sit. Fines inter albas et subfuscas partes fusci sunt. Pili in partibus niveis albi, sed in nonnullis maculis, praesertim scroti et reg. pubis parte sin., nigri. Maculas jam primo vitae anno parentes animadverterunt; anno XVIII circa XII maculae albae adfuerunt, quae sensim et magnitudine et adspectu, cum partes circumjacentes obscuriores fierent, augebantur. In abd. plures maculae confluebant, in dorso manus, eo usque libero, intra ultimum decennium maculae exstiterunt. Ceterum vir omnino validus. Quibus morbi historiis praemissis, singula symptomata perscrutemur. a) Primum constat, nullo modo functionem partium affectarum, neque transpirationem neque sensibilitatem mutatum esse. b) duae albinismi partialis species disjungendae nobis videntur. In utraque maculae adsunt albae, nitidae, cutis superficiem non transgredientes, sed in altera partes circumjacentes colorem induunt obscuriorem quam reliqua cutis; in altera haec differentia non observatur. α) Quod ad primam speciem attinet, obs. I, II, V—VII exempla ejus praebent. Hic etiam casus afferendi, quos Ehrenberg[1]) Epichrosis poeciliae nomine descripsit. Rayer „mehrmals beobachtete ich Fälle" inquit, in denen an einer Stelle des Körpers mangelhafte Pigmentabscheidung vorkam, während sie an andern Stellen, auch in der Nähe jener ersten, verstärkt war, (l. c. p. 183) ejus in morbi historia VII (l. c. p. 188) maculae albae et fulvae in dorso, pectore etc. inveniebantur. Disquisitio microscopica, quam in particula excisa obs. II institui, mutationem tantum epidermidis esse ostendit. In locis fuscis, inter corium et epider-

[1]) Lips. 1836 4o. ex nosocomio Ill. Clarus.

midis stratum corneum stria fusca observabatur. Cellula retis Malpighiii nucleum optime demonstraverunt, quum colore fusco excelleret. In cellulis supremis nihil nisi nucleus coloratus erat, in aliis contentum granulosum, cui color fulvus diffusus erat; infimae pigmento forma granorum minimorum ita repletae erant, ut nihil aliud in iis conspici posset. Formam crystallinam vel crystallos nunquam observavi. In partibus, albis confinibus, numerus cellularum pigmentatarum valde diminuta fuit, in locis albis nihil pigmenti, neque mucleos coloratos invenire potui. In pilis tenuissimis et albis et subflavis sbst. medull. defuit. β) In altera albinismi forma color circumjacentium partium a normali non discrepat. Cujus rei exempla multa invenies apud Rayer, Alibert, de Bärensprung, in obs. nostris III, IV. c) Pili in partibus albis plurimis in casibus albi sunt, interdum tamen etiam in partibus albis pili colorati inveniuntur. Pilos albos fieri exempla plurima invenies, e. g. in Cel. de Bärensprung casibus I, III, IV, VI., in nigrorum historicis supra allatis. Sed etiam contrarium fieri in morbi historiis nostris invenies, e. g. in nigro XII, in obss. II, IV, VII, in exemplo, quod apud Alibert (l. c. II. p. 466) invenies; vir qui in nosocomio S. Ludovici erat, maculas albas circa oris angulos, crura, partes sexuales habuit, sed pili colorati erant. d) Sedes Albinismi ex autorum sententia praecipue in partibus sexualibus et capite, ex nonnullorum opinione (Alibert l. c. p. 475, Cazenave l. j. c.) etiam in barba est (cfr. obs. IV). Quibus locis ex morbi historiis nostris dorsum manus adjiciendum esse puto. e) Albinismus part. non semper congenitus est, sed etiam diversis aetatibus, inde a juvenili usque ad senilem, acquiri potest. Quae res medium tenet inter opinionem Rayer (l. c. 182), albinismi part. congenit casus in Europaeis quidem non inveniri, et Cel. de Bärensprung (l. c. p. 5, 8), qui

semper cum congenitum esse contendit. Exempla albinismi part. congeniti Cel. de B. casus I, III, VI; ex nostris negri XV—XVII. Sed etiam acquisiti exempla plurima afferri possunt. Blumenbach, duobus casibus albinismi descriptis, addit (l. c. p. 155) „quae vero neutri connatae (maculae candidae) sed isti infantili aetate, huic contra virili sensim et sua sponte subortae fuerant.“ Rayer virum XXX an. vidit, qui, rerum suarum maxima parte perdita, subito albinismo part. afficiebatur. Maculae exstiterunt albae, lactis colorem imitantes et in trunco et in extremitat, cum decoloratione partiali pilorum capitis, barbae, ciliorum. Addas obs. nostras II, III, IV et exempla leucopathiae in nigris supra allata. Ante omnes maximi momenti obs. nostra IV videtur, quum hic initium morbi ante VI hebd. esset in parte, quam omnibus diebus adspicimus. Cel. de B., qui in praelectionibus suis nunc et ipse albinism. non cong. existere docet, priore tempore contenderat, pigmenti defectum cong. illis demum temporibus cognosci, quibus partes reliquae intensius colorentur. Cui tamen rei obstant casus, in quibus decoloratio post XXX annos (Rayer casus XXIV) virili aetate (Blumenbach) post XX annum (obs. IV) in XIV anno (obs. III) vel tandem LX anno, ut in obs. nostra V, intravit; obstant ii, in quibus albinismus in capite exstitit, quum pilorum mutatio celeriter morbum accusaret, ut in obss. nostris III, VII, Rayer VII (Res maximi momenti quod Cel. de B. ipse mihi designavit). f) Maculae albae aliis in casibus magnitudinem non mutant, aliis in casibus majores fiunt. Cel. de B. quidem „die weissbleibenden Stellen inquit, verändern sich während des ganzen Lebens nicht, nehmen weder an Zahl noch an Umfang zu“ sed casus, quem ipse nobis tradidit (obs. VII) hanc rem refutat. Alia exempla albinismi progredientis obs. IV, V, maximus numerus alb. in nigris. Etiam in primo Ehrenbergii casu affirmatur, macularum

copiam tribus annis valde accrevisse. g) Ceterum affirmam vix necesse est, nunquam pigmenti in oculo mutationem observatam esse quum haec res omnibus cognita sit. h) hereditas. In casu, a Cazenave memorato pater aegroti ipse albinismo laboravit, in casu XVII mater et frater patris et pater ipse eodem affecti erant morbo, in casu XV soror albinismum partialem habuit. Aliis in casibus de hereditate nihil inveni. Jam ad eos casus, in quibus alb. part. tantum in capite piloso aderat, me verto. Primum est admonendum, colorationem crimium circumscriptam albam existere, quae nullo modo ad albinismum part. pertinet. In alopecia enim circumscripta ineunte convalescentia, pili tenues in locis affectis proveniunt, quorum color albus est. Fere semper postea color naturalis redit, sed interdum colorem album per totam reliquam vitam remanere, Wilson, nisi fallor, admonuit. Albinismus part. in pilis solis (qum cutis in quibus pili crescant, normalis sit) quattuor in casibus a me observatus est. Duos semel tantum vidi, in hominibus juvenilibus; uterque in dextra capitis parte locum habuit, pilis albis obtectum, quum ceteri crines subfusci essent. Magnitudo maculae in altero 8 gross in altero fere thaleri erat. In tertio casu, inter medicinae studiosos nostrae universitatis valde cognito, commilito M in dextra capitis parte haud procul a vertice pilos subflavescentes in loco circumscripto habet cum capillitium reliquum nigrum sit. Commilito ille nullo morbo affectus erat, sed capitis doloribus, interdum vehementissimis, saepius vexabatur. Locus ille grossor. argent. 5 mag. ex prima infantia observatus est, cutis color in eo nullo modo mutatus. Pili nonnulli, quos sub microscopio contemplatus sum, substantiam medullarem ostenderunt, sed etiam reliqui pili, natro caustico adhibito eam praebuerunt. Quarto in casu apud feminam ex primo vitae tempore per crines subflavos stria longitudinalis pilorum alborum conspicitur. In

quinto casu femina, quae ubique crines canos habuit, morbi sui historiam ita enarravit: puella XVIII an. quum se ornaret, uno in loco partem pilorum inferiorem albam, quum ceteri flavi essent, esse animadvertit. Mox decoloratio illo in loco accrevit, alius locus in capitis parte media (prima in parte post. fuerat) exstitit. Post aliquod tempus pili illis in locis omnino albi facti erant, evulsis pilis albi creverunt. Maculis semper circuitu accrescentibus novis adjectis, post non multum temporis universum capillitium album factum est. Medicus illius feminae postea rem mihi confirmavit, eamque illo tempore saepe doloribus capitis laborasse addidit. Sexto in casu, quem Cel. de Bärensprung mecum communicavit, femina juvenilis aetatis in capite partem cirnumscriptam pilorum albam fieri, ut pars sup. colorem subflavum retineret, pars inf. candida esset, animadvertit. In partibus albis sbst. medullaris pulcherrime observabatur, natro adjecto, cellulae plures in ea conspici potuerunt; in partibus autem subflavis vel natro adhibito substantia medullaris non dilucide apparuit. Hoc in casu igitur subita aeris in pili parte evolutione color albus effici videtur.[1] Casus V et VI magni momenti sunt, quod in iis crines ex radice ad apicem albos fieri observatum est. Etiam in pluribus senilis canitici (poliosis) exemplis idem fieri observavi, quum autores plurimi colorem album ab apice incipere contenderent.[2] Sed jam G. Simon uno in casu se contrarium vidisse affirmat. Alia est res, si subito crines albi fiunt, cujus rei exempla historica apud Rayer, Alibert, Schmige praeterea apud D. Sennert (institut. med. Viteb 1611, p. 300) Joh. Schenk (obs. med. I. de capite Franesf. 1609), Ph. Donte (ergo canities ex timore Paris 1657) invenies.

---

[1]) Cfr. Spiess in Henle-Pfeuffer Zeitschrift 1859 p. 1.
[2]) Schmige adumbrat. brev. morb. pil. corp. hum. Berol. 1836 p. 26.

Krieg,[3]) qui albinismum part. pilorum „leukosin“ nominavit, casum describit in quo unum tantum latus, quod per longus tempus paralyticum fuerat, nempe sinistrum, affectum erat. Quam affectionem cum nervorum affectioni connexu quodam junctam esse, ea re mihi verisimile est, quod in neuralgia N. trigemini pili lateris affecti interdum celerrime canescunt.[4])

[3]) Caspers medicin. Wochenschr. 1840 No. 16 p. 249.

[4]) Trousseau gaz. des hôpit 1841 p. 329. Aliis in neuralgiae casibus pili hypertrophici fiunt (Bellingheri arch. gen. II. ser. T. I, p. 207, Ponteau oeuvr. posth T. II, p. 92 obs. 3.) Interdum pilorum defluvies oritur (Notta arch. gén. Juli, Spt., Oct. 1854.

VITA.

Natus sum Theodor Simon, fidei judaicae addictus, Colbergae, oppido Pomeraniae, a. d. III. Kal. Mart. a. hujus sec. XLI, patre Arone, med. et chir. doctore, medico pract., matre Joanna e gente Caro quos adhuc vivos per longam annorum seriem incolumes mihi servet Deus O. M. oro precorque. Primis litterarum elementis in Schola Colbergensi institutus, postea Gymn. Berolinense Friederico-Werderanum, quod auspiciis Ill. Ed. Bonnell floret, adii. Directori Bonnell nec non prof. Jungk et Bertram ob maxima erga me merita gratias ago maximas. Tempore auct. LVII. maturitatis testimonium adeptus, inter hujus almae litt. universitatis cives ab Ill. Trendelenburg, t. t. r. m. receptus Ill. Ehrenberg ord. medic. decano spect., nomen dedi. Post duo semestria Ill. Deurer inter Giessensis universitatis cives me recepit. Temp. pasch. LIX. Berolinum reversus, Ill. Dove me denuo civibus praeclari hujus litt.

sedis adscripsit quo facto apud Ill. Jüngken grat. ord. med. decanum spectatissimum, nomen professus sum.

Per VIII semestria hos viros Illustrissimos, Celeberrimos, Experientissimos disserentes audivi:

de Baerensprung, Braun, Casper, du Bois-Reymond, Dove, Ebert, Engelbach, Frerichs, George, Gurlt, Jüngken, Leuckart, Lieberkuhn, Mitscherlich, Beat. Müller, Peters, Phöbus, Remak, G. Rose, Schaum, R. Schneider, Virchow, Wetter, Will, Ziemssen. Clinicis interfui medicis, chirurg., obstetr. Ill. Frerichs, Langenbeck, Martin, Cel. Traube, de Bärensprung. In exercitationibus practicis anatomicis, physiologicis, ehemicis, chirurgicis, pathologicis Ill. Beat. Müller, Ill. du Bois, Will, Langenbeck, Virchow duces mihi fuerunt.

Quibus omnibus viris, optime de me meritis, gratias hoc loco ago et nunquam non habebo quam maximas.

Iam vero tentaminibus philosoph. et medic. et examine rigoroso superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque palam defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

1. Urina flava, albuminis majorem quantitatem continens, renum degen. amyl. signum.
2. Diabetes non est hepatis morbus.
3. N. infraorbitalis in semicanali infraorb. dissecandus.
4. Encheiresi Crediana non omnes placentae removeri possunt.
5. Acidorum bilis in tractu int. resorptio neque probata neque probabilis.